



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De clericis qui ociosè in nundinis deambulant. ccx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*De substantia defuncti presbyteri, cuius esse
debeat. Cap. CCVI.*

Sancto concilio allatum est, quòd quidam laici impro-
bè agant contra presbyteros suos, ita ut de morietium
presbyterorum substantia partes sibi vendicent sicuti de
propriis seruis. Interdicimus itaq; canonica autoritate,
ne hoc ulterius fiat: sed sicuti liberi facti sunt ad suscipiē-
dum gradum, & agendum diuinum officium, ita nihil ab eis
exigatur præter diuinum officium. De peculiari verò sa-
cerdotum nihil sibi usurpēt, sed totum in quatuor diuida-
tur partes, vna episcopo, alia altari, tertia pauperib⁹, quar-
ta parentibus: & si non sunt idonei parentes, episcopus eā
recipiat, & in vsum Ecclesiæ diligenter distribuatur. Et si
quis contra hæc facere præsumpserit, anathematizetur.

*Ex cōcil.
Triburiē
si, cui in
terfuit ar
nolphus
rex, cap.
23.*

De presbyteris qui sine testamento discesserint.

Cap. CCVII.

Si quisunque ex gradu ecclesiastico sine testamento &
sine cognatione discesserit, hæreditas eius ad Ecclesiā,
vbi seruiuit, deuoluatur. Similiter de sanctimonialibus.

*Ex eodē,
cap. 14.*

De clericis qui laicalibus vestimentis vtuntur.

Cap. CCVIII.

Vt laicalibus vestimentis clerici non vtantur, id est,
mantello vel cotto, siue cappa, nec preciosis & ine-
ptis calciamentis, & aliis nouitatum vanitatibus, sed reli-
gioso & decenti habitu induti incedant.

*Ex eodē,
cap. 27.*

De eadem re. Cap. CCIX.

Clericus professionem suam, etiam habitu &
incedendo probet, & ideo nec vestibus, nec calceamentis
decorem querat.

*Ex cōcil.
Carthagi
nē. ca. 45*

De clericis qui ociose in nudinis ambulant.

Cap. CCX.

Clericus qui non pro emēdo aliquid in nudinis, vel
in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

*Ex eodē
concil. ca.
48.*

Vt nullus ex clero arma militaria portet.

Cap. CCXI.

Quicunq; ex clero esse videntur, arma militaria non
sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vo-
cabulū religiosi moribus, & religioso habitu præ-
beant. Quòd si contempserint, tanquā sacrorum canonum